Sed quicũq; voluerit inter vos maior fieri. s. sanctitate ⁊ dignitate: sit vester minister: quasi non primatum abijciendo: sed humiliter ministrando. Cris. Quicunq; desiderat p̃matum celestem: sequitur humilitatem terrestrem. Et quicunq; voluerit inter vos primus esse: idest primatum habere: erit vester seruus: nõ ex cõditione: sed ex caritate ⁊ humilitate. Sicut filius hominis: qui nõ venit tẽporaliter dominari: sed humiliter ministrare: ⁊ dare animam suam. i. vitam redemptionem ꝓ multis: quantũ ad efficaciam ꝓ predestinatis: sed pro omnib⁹ q̃ꝫtum ad sufficientiam. vnde glosa. Luc. 10. Humilis magr̃ pius ⁊ mitis: nec cupiditatis non modice duos arguit: nec decem indignationis increpat liuore: sed docet maiorem esse q minor fuerit: ⁊ dominuꝫ qui seruus sit. Frustra ergo: aut illi ad maiora suspirant: aut hij super illoꝝ desiderio dolent cum ad summitatez virtutum non potentia sed humilitas ducat se ipsum ponens in exemplum patientie ⁊ humilitatis. Quã nobis imitari concedat ⁊c.

¶ Feria qnta dñice scđe quadragesime. Sermo quinquagesimus qntus.

h Omo quidam erat diues: q induebatur purpura ⁊ bysso. Luce. 16. Scđm q dicit Isido. de summo bono. Grauiter in deum delinquunt: qui diuitias a deo cõcessas: nõ in rebus salutaribus: sed in vsibus vtunt̃ vanitatis. Nesciunt enim impartiri pauperibus: oppressis subuenire despiciunt: ⁊ inde magis augent delicta: vnde redimere debuerit. Hoc enim hꝫ bonum tm̃ possessio rerum p̃sentium si vitam reficiat miserorum. Pro diuersitate ergo vsus alij de rebus mundanis pereunt: quas cupidine capiunt. Alij vero saluant̃: dũ pro misericordie operibus ex eis celestia bona mercant̃. Intantum enim elemosinarum opera peccata extinguunt̃: atq; ad regnuꝫ seculi futuri ꝓficiunt: vt etiaꝫ iudex celestis dicat eis Venite benedicti patris mei ⁊c. Hijs autem quos nulla p̃cedentia elemosinaꝝ facta sequũtur eterni iudicis voce sic dicit̃. Discedite a me ⁊c. Qui hic misericordiam non impartit̃: illic pietatis fructum non inuenit: exẽplo ardentis diuitis: q in inferno ad tenuissima petenda compulsus est: qui hic tenuissima negauit. Sicut pꝫ in euangelio: cuꝫ dicit̃. Homo quidã ⁊c. vbi occurrunt nob due ꝯsideratões

Prima ꝯsideratio.

p Rima consideratio est videre qualr̃ fuerunt differentes in vita diues ⁊ pauper: diuersa p̃mia merendo: vbi occurrunt nobis sex ꝯclones notande.

¶ Prima ꝯclo est: q beatitudo nullo mõ petenda est in transitorijs. s. in hijs quatuor: que sunt diuitie: honor: gloria: ⁊ potestas. Et hoc ꝓpter quatuor rationes. ¶ Primo qꝛ in beatitudine nulla est fallacia. Hec autem fallunt. Nam beatitudo nullum secum compatit̃ malum. Ista autem simul possunt esse in bonis ⁊ in malis. ¶ Scđa beatitudo est per se sufficiens. Nam ea adepta nullum bonum necessarium desit: sed hijs adeptis: adhuc multa deficiunt: puta sapia ⁊ sanitas corporis: securitas ⁊ multa consilia. ¶ Tertia ex beatitudine nulli prouenit malum: sed ex hijs ꝓuenit maluꝫ. Eccle. 5. Diuitie ꝯseruantur in malum domini sui. ¶ Quarta qꝛ ad beatitudinem ordinat̃ quis per principia interiora: cũ ad ip̃aꝫ naturaliter ordinet̃. sed hec magis sunt a causis exterioribus: vtplurimum a fortuna: vnde ⁊ bona fortune dicuntur. Et ideo dicit Psal. Relinquunt alienis diuitias suas ⁊c.

¶ Scđa ꝯclo est: q aliq ponunt felicitatem suam in diuitijs: alij in honoribus: alij in gloria: alij in potestate. ¶ Primi decipiuntur: qꝛ Eccle. 9. dicitur Pecunie obediunt omnia Ueꝝ est iuditio stultoꝝ omnia corporalia: sed non spiritualia. ¶ Item dicit̃ q per pecuniaꝫ omnia possident̃: qꝛ ethi. 5. dicit̃: q ad h̃ nummus inuentus est: vt sit fideiussor: habendo ꝓ eo qđ voluerit. Ueruꝫ est omnia venalia: sed non spiritualia. vnde ꝓuer. 17. dicit̃. Quid ꝓdest stulto diuitias habere: qbus sapiaꝫ emere non põt? ¶ Alij dicũt q felicitas sit in honoribus. Probat̃ illud. Quod maxime desideratur est beatitudo. Honor autem huius est: vt dicit̃. 4. ethi. qꝛ ꝓpter honoreꝫ hoies iacturam patiunt̃ in omnibus rebus: ne in ipsa ledantur. Verum est inq̃ꝫtum est signum in honorato: quo mediante credat se esse excellenteꝫ iudicio aliorum. ¶ Tertij etiam decipiuntur dicentes. s. q beatitudo sit in gloria. vnde dicunt s̃m Diony. Bonum est suijpsius diffusiuum: sed per gloriam bonum hominis ma/

xime diffundit in notitiam aliorum. Verꝝ est q̄ bonum alicuius hominis: quod per gloriā est in cognitione multorum. Sed talis cognitio est de vero bono. Sed si de falso bono nihil est ꝛc. ¶ Item quod dat sanctis in p̄miuꝫ est gloria. Romano. 8. Non sunt condigne passiones ꝛc. Loquit apostolus de gloria: que est a deo: sed non de gloria: que est de hoibus ¶ Quarti etiam decipiunt: ponētes q̄ in potestate sit beatitudo. Omnia enim appetūt assimilari deo: sed hoc per potestatem. Igit ꝛc. Ubi est dicēdum q̄ diuina potestas est sua bonitas. vnde vti sua potestate non pōt quis: nisi bene. Sed potestas hominis pōt male vti. Igitur ꝛ cetera.

¶ Tertia ꝯclo est: q̄ nullus scendalizari dꝫ in malorum ꝓsperitatibus: sed respiciat eoꝝ nouissima. ꝛ inueniet eorum temporalem ꝛ caducam ꝓsperitatem cito transiturā. Et ideo dicit Isido. Quidam simplicium nescientes dei iudicium: in maloꝝ ꝓfectibus scandalizantur dicentes. Quare via impioꝝ ꝓsperatur: bene est oibus: qui inique agunt? Tales non mirētur aspicientes eoꝝ felicitatem caducam: sꝫ magis nouissima eorum intendant: q̄ꝫta illis post hec eterna supplicia preparent: dicente ꝓpha. Ducunt in bonis dies suos: ꝛ subito ad inferna descendunt. Et signat vobis in isto diuite epulone: qui erat diues. s. diuitias amando. Et ideo reprobat Hic iduebat purpura ꝛ bysso: non solum qꝛ delicate sunt vestes: sed vt ꝑ hoc aliquid significet. Purpura tingit de sanguine: ꝛ qꝛ ea de quibus viuere debent pauperes in vsus suos conuertunt: purpuraꝫ indui dicunt. vnde eccli. 34. Panis egentium: vita pauperum. ¶ Item byssus bene iungitur purpure. Byssus candida est: ꝛ significat conscientie candorem: quam ad palliandum iniqtatem suam assumunt: ꝛ vt iusta videant oia: que faciunt: imponūt crimen eis: quos defendant: ꝛ epulant quottidie splendide. vnde licꝫ semper culpa sit comedentis ꝛ bibentis: ꝛ nō cibi ꝛ vini: tamen sunt quedam vitia: que tanguntur hic ex parte rei: quedā ex parte psone. Ex parte rei: vt epularum voluptuositas: ferculorum diuersitas: crapulaꝝ gulositas: occasio alterius mali. ¶ Itez ex parte persone: vt ardor: appetitus: ꝛ delectatio palati prurientis Reprehenditur etiam luxus in vestitu: ꝓpter sui p̄ciositatem: que respicit precium, ꝓpter multitudinem: que respicit numerum propter curiositatem: qne respicit studium: propter indecentiam: que respicit persone statum: ꝓpter fallaciam: que respicit alienuꝫ visum: ꝓpter ostētationem: que respicit ornatum vanum. vnde Grego. Nemo putet in luxu vestium deesse peccatuꝫ. Hec duo damnat Johes Baptista cuius vestimenta erant de pilis camelorum: ꝛ cibus locuste: ꝛ mel siluestre. Mat. 3.

¶ Quarta ꝯclo est: q̄ voluntaria pauptas est deo multum grata: eo q̄ ordinat perfectionem caritatis: qꝛ status xp̄iane religionis est quoddam exercitium: per quod peruenit ad ꝑfectionem caritatis: ad quod quoddā necessarium ē q̄ aliquis affectum suum abstrahat a rebꝰ mūdanis. Quod fit per paupertatem: qꝛ Augu. dicit ad deum. Minus te amat qui tecum aliquid amat: quod non ꝓpter te amat. Idem dicit q̄ augmentum diuitiarum est iminutio caritatis. Ex hoc eniꝫ q̄ aliquis res mundanas possidet: alicitur animus ad earum amorem. Et i deo ad perfectionem caritatis p̄mum fundamentum est voluntaria paupertas: vt aliqs absqꝫ proprio viuat. Mat. 19. Si vis perfectus esse ꝛ cetera.

¶ Quinta ꝯclo est: q̄ ꝑfectio nō ꝯsistit totalr in pauptate: sꝫ ē in seq̄lla xp̄i: s̄m illd Ihero. super Mattheum. Quia non sufficit oia relinquere: addit petrus. Et secuti sumus te. Hoc aūt fit per mendacitatem: qꝛ mendicare est viuere ad imitationem xp̄i: iuxta illd psal. Ego autē mendicus sum ꝛc. Glo. Hoc dixit xp̄s de se ex forma serui. ¶ Nota etiā q̄ pauptas est instrumentum perfectionis: quo mediāte tollunt tria impedimenta caritatis. ¶ Primum est sollicitudo in abundantia diuitiaruꝫ per quam animus hominis multum impedit ꝛ distrahit: ne totalr feratur in obsequiuꝫ dei: de qua Mat. 13. Sollicitudo diuitiaꝝ suffocat verbum. ¶ Secundum est diuitiaꝝ amor qui ex diuitijs possessis auget. vnde Iheroꝰ. super Mat. Diuitie possesse difficile ꝯtemnūtur. ¶ Tertium est inanis gloria: que ex diuitijs nascit: s̄m illud psal. Qui ꝯfidunt in virtute sua: ꝛ in multitudine ꝛc.

¶ Sexta ꝯclo est: q̄ dn̄s deus omnes homines si voluisset: diuites fecisset. Sꝫ voluit nō sine causa esse pauperes. ¶ Primo vt q̄ sustinent miseriam paupertatis: ad maiorem gloriam probarent. Nam ipsa pauptas est signuꝫ dilectionis diuine. ¶ Secundo vt sint diuitibus materia exercēde pietatis. Ubi. n. nō est

miseria: ibi non habet locum misericordia. vnde prouerbiorum. 19. Feneratur proximo suo: et qui preualet manu mandata seruat. ¶ Tertio vt haberent homines aliquid: in quo proprie deo assimilarentur. Et hec est misericordia. vnde estote misericordes. Mat. 2. ¶ Quarto vt esset aliquid: quod dominus obijcere possit reprobis in iudicio. Vnde Matthei. 25. Esuriui etc. Et hoc est quod dicit. Erat quidam mendicus. vnde licet hac miseria grauatus fuit: non tamen non reprobatus: sed predestinatus. Et ideo nomine lazarus. Lazarus interpretatur adiutus: vel auxiliatus a domino: scilicet per gratiam predestinationis. Iste dicitur mendicus: non pauper. Sunt enim pauperes: qui non sunt mendici: qui quia ipulsant: non ita pietatem excitant: quia per clamorem pauperis pietas excitatur. Ostenditur igitur indigentia istius mendici ad pene diuitis augmentationem. ¶ Primo in eius egestate: quia mendicus. ¶ Secundo in eius debilitate: quia iacebat ad ianuam iacentem. vnde Criso. Iacebat ante ianuam: vt crudelitatem diuitis in suo corpore demonstraret. ¶ Tertio in eius infirmitate: quia vlceribus plenus. Solent vlcera infirmorum visa affectum pietatis prouocare: a quibus qui auertit oculos: pietati se negat. ¶ Quarto in famis anxietate quia cupierat saturari de micis. vnde pauper si peteret diuitias: non esset exaudiendus.

Secunda consideratio.

Secunda consideratio est videre quomodo sunt differentes in morte: quia sicut differentes fuerunt in vita merendo: sic in morte premium recipiendo: ibi. Facum est autem etc. vbi occurrunt sex conclusiones.

¶ Prima est: quod in hac vita solum est licitum meritorie operari: quia nunc solum est tempus misericordie: post modum equitatis. Et quia meritum fit per virtuosas operationes. Igitur debitores sumus virtutum ac meritorum: et operum perfectorum. Et quia ad hec cumulanda merita tempus vite accepimus: ergo operari debemus iugiter. Vnde Isido. Tantum in hac vita est licitum opera bona: illic non: quia ibi non operatio expectatur: sed retributio meritorum. ¶ Secunda conclusio: quod post istam vnusquisque recipiet vicem pro abditis: ideo per opera interrogatur anima: vbi debet esse in loco penarum: an glorie. Dicitur enim dispensatori. Voca operarios: redde illis mercedem. Math. 20. et optime. Reddit enim vnicuique ad minimum: vel de iustitia: vel de nequitia. vnde in euangelio dicitur. Factum est autem vt moreretur mendicus: factum est autem scilicet deo vocante: et a miseria liberante. vnde non dicitur mori: sed educi de carcere. Et sic bene dicitur mendicus: non Lazarus: quia non anima: sed mendicitas est mortua in christo: sicut illud apocalypsis. 20. Non esurient neque sitient etc. ¶ In morte implicantur Lazarum tria preterisse: scilicet egestas: vilitas: et penalitas. Mortuus est enim naturaliter: et sic cessauit egestas. Delatus est venerabiliter et sic cessauit vilitas. Depositus est fideliter: et sic cessauit penalitas: quia dicitur quod deportatus est in sinu Abrahe: qui est locus qui etc. Mortuus est autem diues. s. multis mortibus. ¶ Primo morte culpe: quia separatur anima a gratia. ¶ Secundo morte corporali: quia separatur anima a corpore. ¶ Tertio morte pene eterne: qua anima separatur a dei gloria. Et hoc est triplex veh. Apoca. 8. Sequitur. Et sepultus est in inferno.

¶ Tertia conclusio est: quod per misericordiam dei nihil relaxatur de pena damnatorum. Apocal. 18. Quantum glorificauit se in delicijs suis: tantum date illi tormentum et luctum. Intelligendum tamen quod pena damnatorum potest dupliciter considerari. ¶ Primo modo inquantum est ante taxationem et inflictionem. Sic misericordia dei relaxat: quia peccator cum mereretur penam infinitam acerbitate vel intentione: quia offensa ratione persone est infinita. Et sic deus quasi infinitam partem relinquit: quia in omni opere dei est misericordia et veritas: vel etiam peccator meretur penam infinitam duratione: propter incorrigibilitatem voluntatis seu culpe. vnde de hac nihil relaxat. ¶ Secundo inquantum est post taxationem et inflictionem: sic nihil etiam relaxat. Et hoc est quod dicit. Eleuans autem oculos suos: scilicet qui in inferno non poterat se leuare: leuauit oculos ad pauperem in tormentis: qui non leuauerat in delicijs. Cum esset in tormentis inferni vidit Abraham sibi in penam: quia vt Grego. dicit. Oculos quos culpa claudit: pena aperit A longe: tum propter locorum distantiam: quia diues in profundo: Abraham in limbo: tum propter impossibilitatem premiorum: quia longe a peccatoribus salus: et Lazarum in sinu suo. Quem. s. in sua prosperitate dedignabatur videre: modo videt ad cumulum pene. Et ipse clamans dixit pre dolore. Pater Abraham: cuius erat si

lius genere: sed non imitatione. vnde si qs hospitalis in pauperes fuisset: filius Abrahe esset. Miserere mei. Ecce stulta petitio. Cupit. n. sibi misereri: qui nec sui: nec Lazari misertus fuit. Jacobi. 3. Judicium sine misericordia fiet ei: qui non fecit misericordiā. Sinus Abrahe est requies sanctorum pauperum. Scdz glo. quorum est regnum celorum. Sepultura inferni est penarum ꝓfunditas: que superbos ⁊ misericordes post hanc vitam vorat.

¶ Quarta ꝯclo est: ꝙ per suffragia eccl'e nulla fit mitigatio pene in damnatis: qꝛ Augu⁹. dicit de ciuitate dei: ꝙ si sciret patrem suum cē in inferno: non oraret pro eo: quia sciret ei suffragia ecclesie non ꝓdesse. Et ideo dicendum ꝙ damnati cum sint omnino membra prescisa ab ecclesia: ideo suffragia ecclesie eis non prosunt. Hoc enim pz: cum di. Et mitte Lazaꝝ vt intingat ⁊c. id est impartire mihi modicum de meritis Lazari: vt refrigeret linguā meaz. Ecce conueniens ordinatio pene ad culpam.

¶ Primo qꝛ lingua peccauit: ibidez punitur iuxta illud sapientis. Per que peccauit ⁊c.

¶ Scdo si iaz possidet te totus ignis inferni quare solius lingue estibus desideras subueniri: qꝛ misericordiam nō precipit fieri? Ideo addit. Quia crucior in hac flāma: hic notat ꝙ ignis non agit in spiritum virtute nature sue: sed inq̄ztum est instrumentum diuine iustitie: sicut baptismus est instrumentum dīne mīe.

¶ Quinta ꝯclo est: ꝙ post iudicium mali tristabiliter ponentur in eternis supplicijs: ⁊ iusti gaudenter in eternis p̄mijs. Dicent enim iusti damnatis illud psal. Ecce homo qui non posuit deum adiutorē ⁊c. Et ideo Gregori⁹ dicit: ꝙ aliqui sunt: qui nō iudicant ⁊ pereunt: vt infideles: quia iam iudicati sunt. Alij non iudicantur ⁊ regnant: vt sancti. Alij iudicantur ⁊ pereunt: vt peccatores fideles. Quibus dicitur. Esuriui ⁊ nō dedistis ⁊c. Alij iudicantur ⁊ regnant: vt fideles mediocriter. Quibus dicet. Venite benedicti patris mei. Et hoc est qd sequitur. Dixit illi Abraham. Fili. Filium autem vocat ipsum: vt dolor eius augeatur de perdita hereditate. Recordare qꝛ recepisti bona in vita tua: id est ad voluntatez tuam. Et Lazarus similiter mala: scilicet transitoria: quia s̄m glosam licet Lazarus aliquid mali habuit: hoc tamen ignis ꝑpetuitatis purgauit. Nunc vero hic consolatur: eterna consolatione ꝓ modica tribulatione. Tu vero cruciaris: id est eterno cruciatu pro tēporali delectatione. Et in hijs oībus inter nos ⁊ vos magnum chaos firmatum est. Chaos s̄z glo. est magna distātia meritoꝝ. vñ dr̄ inter diuitez ⁊ pauperem magnuz chaos esse: quia post mortem nequeunt merita mutare: patet textus.

¶ Sexta ꝯclo est: ꝙ damnati non possunt reuerti ad bonuz: qꝛ damnati sunt obstinati in malo: sicut beati sunt confirmati in bono. Sz beati ꝓpter confirmationem non pñt in malū Igitur ⁊c. Intelligendum tamen: ꝙ cum quadruplex sit bonum: scilicet nature: moris: gratie: ⁊ glorie. De bono nāe non est questio: qꝛ damnatio non aufert bonuz nature: vt in ip̄is perseueret malum pene s̄m Grego^m. Si vero de bono moris intelligit̄ questio: dicenduz ꝙ velle ex deliberatione potest aliquis dupl'r: vel per se ꝓpter ip̄m bonum: ad quod est ꝑ se ⁊ eius amorem: ⁊ odiuz mali: vel per accidēs: scilicet ꝓpter fugam pene ꝓprie vel aliorum. Isto scdo modo dico ꝙ possunt in actuz bonū moris: vt velle nunq̄z actum: qui peccatuz fuit vel est cōmisisse: ne eternaliter punirent̄. Que tamen voluntas non est bona voluntate moꝝ qꝛ nec recognoscit illum actum esse malū: nec displicet ꝓpter se: qꝛ malus. sed solum rōne pene ꝓprie vel aliene. Sic iste diues moneri suos voluit: vt se a peccatis cohiberent. Non ꝙ per se hoc voluerit ꝓpter odiuz peccati ⁊ amorem illoꝝ: sed qꝛ estimauit se posse corpori suo restitui: ⁊ mitti ad ip̄os: ⁊ sic a penis subtrahi. vnde ista monitiōe nullo modo simpl'r ꝓpter bonum istoruz illos admoneri voluit: sed propter bonum ꝓprium: dicente Abraham. Habent Moysen ⁊ ꝓphetas. Respondit. Non pater Abraham: sed si aliquis ex mortuis ⁊c. quasi diceret. Per me sic fiat: quia magis idoneus sum ad hoc: ⁊ mihi magis credendū est. Si vero fiat questio de bono gratie ⁊ glorie: sine quo ad actum: sine quo ad habituz simpliciter sic tenendum est: ꝙ non possunt reuerti vnq̄z ad bonum gratie: aut ad actum gratie ⁊ glorie: siue quo ad actum: siue quo ad habituz nec ad habendum bonum actum ꝓcedentez a gratia aut gloria. Et hoc est qd dicit. Rogo g̊te pater. Non est credendū ꝙ rogauerat ex caritate: quam ante mortez non habuit: nec post acquisiuit: sed timore pene. Sciebat enim ꝙ ex consortio fratrum augeret̄ sibi pena: vt mittas eum scilicet Lazaruz in domo patris mei. Ecce crudelitas. Quia cum non posset impe-

trare q̄ ad eū veniret in infernū rogat saltem q̄ ad fratres suos mittatur in mundū. Habeo eniz quinqz fratres. Hoc ideo forte dixit: qz ꝯ quinqz sensus delicijs dediti erant ipsi: sicut ⁊ ipse cum viuebat: ex quo patet conformitas eorum ad ipsum: vt testetur illis: in eam miseriā Ne ⁊ ipsi veniant in hunc locum tormentorū A quo nos preseruet.

¶ Feria sexta secunde dominice quadragesime. Sermo quinquagesimus sextus.

Homo quidā plantauit vineā. Mat. 21°. Scdm q̄ dicit beatus Bernar. Nihil ita displicet deo in filijs gratie: sicut ingratitudo. Ingratitudo eniz viaz obstruit gr̄e: ⁊ vbi fuerit illa: iam gr̄a accessum non inuenit: locū non habet. Nōne iure perditum reputet: qd̄ ingrato donatuz est aut dedisse peniteat: quod perisse videtur: opz ergo gratiosum esse hoīez ⁊ deuotum: qui percepta gratie numero manere sibi vult ⁊ multiplicari. Unde tria mala de ingratitudine ꝓueniūt. ¶ Primo bona a deo accepta auferri facit. Augu. Quod deus dederat gratis: detulit ingratis. ¶ Scdo danda impedit. Gregori. Non est dignus dandis: qui non agit grates de datis. ¶ Tertio quia non solum priuat bonis: sed penam addit. Unde Ezechias. Punitus est de ingratitudine triumphi. Ysa. 38. Sed quia deus ꝯm Gregorium nunqnā cessat bene facere. Ideo dignum est semper gratias agere. Hoc autem nobis in euāgelio exēplificat̄. vbi occurrūt nobis q̄tuor ꝯsideratōes.

Prima consideratio.

Prima consideratio est de incessabili beniuolentia dei cira nos in beneficioruz largitione. Quod notat vinee plantatio. vbi occurrunt quatuor cōclusiones. ¶ Prima conclusio: q̄ deus est omnium rerum creator: patet Roman. xj. Ex ipso: ⁊ per ipsuz: ⁊ in ipso sunt omnia preter peccata: quorum creator non est deus. Unde Augustinus dicit. Cū audimus omnia esse de deo: omnes itaqz naturas intelligere debemus: ⁊ omnia q̄ naturaliter sunt: neqz ex ipso sunt peccata: que naturam non seruant: sed vitiant. Unde necesse est dicere: Qd̄ omne quocunqz modo est: a deo est. Si enim aliquid inuenitur in aliquo ꝑ participationem: necesse est q̄ causetur in ipso ab eo cui essentialiter conuenit: sicut ferrum fit ignitum ab igne. Sed quia deus est ipsum eē subsistens: ⁊ esse subsistens non potest esse nisi vnum. Relinquitur igitur q̄ omnia alia a deo non sunt suum esse: sed participant: necesse est igitur omnia que diuersificantur: ꝯm diuersam participationem essendi. Causatur ab uno primo ente: quod perfectissimum est. Unde Aristoteles. 2°. methaphi. dicit. Qd̄ illud quod est maxime ens: ⁊ maxime veruz est causa omnis entis: ⁊ omnis veri: ⁊ hoc ē quod dicit. Homo quidam paterfamilias: scilicet deꝰ ⁊ dominus totius creature. Dicitur enim pater noster multipliciter. ¶ Primo creatione. Psalmi. Nunquid non est ipse pater tuus: q̄ fecit inquam te ꝯm corpus. Creauit ꝯm aīam. possedit ꝯm vtrunqz. ¶ Secundo redemptione. Ysa. Tu domine pater noster ⁊ redemptor noster a seculo nomen tuum. ¶ Tertio fidei instructione. Joannes. Dedit eis potestatem filios dei fieri. ¶ Quarto adoptiōe. Romanorum octauo. Accepistis spiritum adoptionis filiorum in quo clamamus. Abba pater. ¶ Quinto glorie collatione. Ad gala. 4. Itaque. Jaz non est seruus: sed filius ⁊c.

¶ Secunda conclusio est: q̄ in mente diuina sunt forme exemplares. Per quas omnia que sunt naturaliter: siue per creationem determinatas formas consequuntur: quod patet. vnde oportet dicere: q̄ ī diuina sapientia ratiōes sint oīuz rez que dicūtur idee. i. forme exēplares ī mente dīna existētes: q̄ qdē multiplicat̄ ad res Non tamen sunt realiter aliud a diuina essentia: ꝓut eius similitudo diuersimode aduersio ꝑticipari pōt. Posset etiam in rebus creatis q̄dam alioꝝ exemplaria dici: ꝯm q̄ quedam sūt ad similitudinē aliorum: vel ꝯm eandem spēz vel ꝯm anologiam alicuius imitationis. vnde saluator volens ꝑfectionē vite meritorie ꝑducere in anima: sil̄itudinem exēplaris in vinea adhibuit: vt ex hoc ꝑfectio vite in aīa: determinatam formā ꝯsequeret̄: qua mediante redire possit ad ipsum: a quo ꝓcessit per creationem. vnde dicit. Qui plantauit vineam. t. aīam rationabilem. Jhe. 2. Ego autem plantaui te vineam electam. vnde glo. ⁊ habetur super illud Ysa. 5. Vinea domꝰ sabaoth domꝰ israel ⁊c. Cuncta que dicuntur de vinea ad statum aīe referuntur: que a deo plantata nō attulit vuas